SANCTI
GREGORII
PAPÆ I.
COGNOMENTO MAGNI,
OPERA OMNIA.

Ad manuſcriptos codices Romanos, Gallicanos, Anglicanos emendata, aucta, & illuſtrata notis.

Studio & labore MONACHORUM *Ordinis Sancti Benedicti, è Congregatione Sancti Mauri.*

TOMUS TERTIUS.



PARISIIS,
Sumptibus CLAUDII RIGAUD, viâ Citharæâ.

M.DCCV.
CUM PRIVILEGIO REGIS.

Sacrificia illibata quæ pro Eccleſia S. Catholica offerimus.

SANCTI GREGORII PAPÆ LIBER SACRAMENTORUM.

IN NOMINE DOMINI.

Not. 1. N. 2. a [N] Hic Liber [N] Sacramentorum [a] de circulo anni [b] expoſitus, à S. Gregorio
N. 3. b Papa Romano editus, [N] ex authentico libro Bibliothecæ [c] Cubiculi
c
N. 4. ſcriptus, qualiter [N] Miſſa Romana celebratur, hoc eſt:

N. 5. IN primis [N] ad introitum Antiphona, qualis fuerit ſtatutis temporibus, ſive diebus feſtis, ſeu cotidianis.

N. 6. [N] Deinde, KYRIE ELEISON.

N. 7. Item dicitur, [N] GLORIA IN EXCELSIS DEO.
N. 8. [N] Si Epiſcopus fuerit, tantummodo die Dominico, ſive diebus
N. 9. feſtis. [N] A preſbyteris autem minimè dicitur, niſi
d ſolo in Paſcha. [d] Quando vero Litania agitur, neque *Gloria in excelſis Deo*, neque *Alleluia* canitur.

N. 10. [N] Poſtmodum dicitur oratio: deinde ſequitur
N. 11. [N] Apoſtolus.

N. 12. [N] Item Gradale, ſeu *Alleluia*.

N. 13. N. 14. Poſtmodum legitur [N] Evangelium, deinde [N] Offertorium, & dicitur Oratio ſuper Oblata.

Qua completa, dicit Sacerdos excelſa voce: PER OMNIA ſecula ſeculorum. ℟. Amen. Dicit: Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Dicit:
N. 15. N. 16. [N] Surſum corda. ℟. [N] Habemus ad Dominum. Di-

A cit: [N] Gratias agamus Domino Deo noſtro. ℟. Di- N. 17.
gnum [N] & juſtum eſt. N. 18.

VERE dignum & juſtum eſt, æquum & ſalutare,
nos tibi ſemper [N] & ubique gratias agere, Domine N. 19.
ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, per Chriſtum Dominum noſtrum. Per quem Majeſtatem tuam [N] laudant Angeli, adorant Dominationes, N. 20.
tremunt Poteſtates: Cœli, cœlorumque Virtutes, ac beata Seraphim ſocia exultatione concelebrant. Cum quibus & noſtras voces, ut admitti jubeas,
deprecamur, ſupplici confeſſione dicentes: [N] SANCTUS, N. 21.
SANCTUS, SANCTUS Dominus Deus Sabaoth. Pleni ſunt cœli & terra gloria tua, Oſanna in excelſis. [N] Benedictus, qui venit in nomine N. 22. N. 23.
B Domini, [N] Oſanna in excelſis [e]. e

TE [N] IGITUR clementiſſime pater, per Jeſum N. 24.
Chriſtum Filium tuum Dominum noſtrum, [N] ſupplices N. 25.
rogamus, & petimus, uti accepta habeas &
benedicas [N] hæc [f] dona, hæc munera, hæc ſancta N. 26. f
ſacrificia [N] illibata: In primis [N] quæ tibi offerimus N. 27. N. 28.

[a] Per Sacramenta intelliguntur vel omnia novæ Legis Sacramenta, quæ ſcilic. Theologi de Sacramentis tractaturi edunt: vel tria præcipua eorum Sacramenta, quæ ſimul excipiebantur olim, ſcilicet Baptiſmus, Confirmatio, & Euchariſtia, de quibus ſcripti libri ſex, *De Sacramentis*, inter Ambroſii opera tom. 2. novæ edit. vel ſolum Euchariſtiæ ſacramentum, quod plurali numero, in ſingulis licet Miſſis deſignatur, tum propter duplicem panis & vini materiam, tum propter corpus & ſanguinem Chriſti quæ continet. Vide notam 1. Menardi.

[b] In 2° Thuan. & in Vat-ab. hic titulus legitur: *Incipit liber Sacramentorum de circulo anni à S. Greg. Papa Romano editus.*

[c] Vide Notam 3. Menardi, cui adjicere licet quod legitur de S. Leone I. in Rom. Pontificali: *hic etiam conſtituit & addidit ſuper ſepulcra Apoſtolorum . . . . cuſtodes qui dicuntur Cubicularii.*

[d] Litania ad luctum pertinet. Hinc Greg. arguit Johannem Ep. Ravennatem, quòd in Litaniis, hoc eſt, *mœroris & afflicti tempore*, pallium [illegible] deferret. Vide lib. 3. al. 5. ind. 12. ep. olim 54. nunc 56. Tacitam hinc ratio, cur in Litaniis ab hymno *Gloria in excelſis Deo* abſtineretur, & ab *Alleluia*.

[e] In priori Thuan. ante *Te igitur &c.* extant plures orationes [illegible] post notam 23. Menard.

[f] In mſſ. Thuan. & Gemet. hoc modo tres figuræ crucis, ad hæc verba; *hæc dona ✠ hæc munera ✠ hæc ſancta ✠ ſacrificia illibata.*